

PRÆFATI^O.

artificiosis natura similes sunt. Sexto, ijsdem nō naturā quidem, sed arte similes. Septimo, herbis. Octauo, fruticibus. Nono, arboribus.

Decimo, de Corallio, tanquā planta marina agitur. Undecimo, de alijs quibusdam marinis aut maritimis plantis lapideis, aut ad lapidum natu-ram accedentibus. XII. De ijs qui animalibus quadrupedibus similes sunt, siue figura tantum, siue substan-
tia & corpore: & qui ex eis promun-
tur, vel quomodo cunctq; ab eis deno-
minantur. XIII. De ijs qui ab aui-
bus sumuntur aut nominantur. De-
cimoquarto, ab aquatilibus animan-
tibus. Decimoquinto, à serpentib;
& insectis.

De his autem potissimum hoc li-
bro agere volui, quod eorum fortè o-
mniū figuræ exprimi ac depingi pos-
sint: quæ ad rerum cognitionem adi-
piscendam plurimū iuuant. Cogno-
sci autem res priùs, quam de ipsarū na-